# Die auf der Expedition S. M. S. »Gazelle« von Dr. Naumann gesammelten Laubmoose

von

Dr. **Karl Müller** Hal.

Die nachstehend erwähnten neuen Moos-Arten sollen nur eine vorläufige Charakterisirung derselben sein. Ausführlich bearbeitet, sowohl phytographisch als auch systematisch, werden sie ihre eigentliche Stellung in dem großen Reisewerke der »Gazelle-Expedition« finden. Hier werden sie auch nach ihren geographischen Regionen abgehandelt sein, während es sich an dieser Stelle empfahl, sie ohne allgemeine Bemerkungen nach ihrem Vaterland zu ordnen. Auch will ich hier nur die neuen Arten aufführen.

## I. Bryologia Kerguelensis.

1. **Andreaea** subappendiculata n. sp. Ab A. appendiculata Schpr. Fuegiana foliis appendiculatis affini differt: statura robustiore, foliis multo majoribus longiuscule cuspidato acuminatis falcatis tenerrime crenulatis atque ramificatione ditissima.

2. **A.** aterrima n. sp. Ab A. subappendiculata foliis dense imbricatis majoribus late ovatis breviter acuminatis certe distinguitur.

3. **A.** parallela n. sp. Cespitibus symmetricis pulchellis, ramis multis gracilibus parallelis, foliis inferne patentibus superne dense imbricatis atque theca minutissima vix emersa primo visu ab omnibus congeneribus facile distinguenda.

4. **A.** Naumanni n. sp. Quoad inflorescentiam monoicam, cespitem symmetricum non intricatum, surculos parallelos, folia olivaceo-nitida conferta madore parum patula basi solum profunde ventricosa superne symmetrico-concava margine basilari tenerrime crenulata facile distinguenda.

5. **A.** flabellata n. sp. Ab omnibus congeneribus Kerguelensibus foliis angustis aequaliter oblongato-acuminatis linealibus nec ventricose concavis primo visu differt.

6. **A.** nana n sp. Planta tenella pygmaea distincta, habitu formis nanis A. rupestris haud dissimilis, inflorescentia autem dioica jam diversa.

7. **A.** squamata n. sp. E robustioribus, Andr. alpinae similis, sed foliis siccis atque madefactis valde patentibus jam distincta.

8. **Entosthodon** antarcticus n. sp. Planta pulchella tenella, foliis eleganter reticulatis angustis regularibus peculiaris.

9. **Catharinea** (Psilopilum) antarctica n. sp. Ex habitu Psilopilo australi Hpe. Tasmanico solum affinis et simillima, sed foliis pungenti-aristatis longe diversa.

10. **Polytrichum** (Eupolytrichum) microcephalum n. sp. P. pilifero habitu simile, sed foliis brevissime hyalino-aristatis jam diversum.

11. **P.** (Eupolytrichum) tuberculosum n. sp. P. pilifero proximum et simillimum, foliis autem superne ubique tuberculosis jam distinctum.

12. **P.** (Pogonatum?) austro-alpinum n. sp. P. alpino simile, ramis paucis subbinatis gracilioribus parallelis foliisque grossius serratis et dorso grossius aculeatis recedens.

13. **Mielichhoferia** Kerguelensis n. sp. Foliis perichaetialibus apice recurvato-serrulatis, theca cylindracea vix lunata et peristomii dentibus simplicibus latere appendiculatis facile distinguenda.

14. **Bryum** (Eubryum?) pygmaeum n. sp. Ex habitu Mielichhoferiis nonnullis bryaceis sericeis tenellis aemulans, foliis paucis in gemmulam densam congestis.

15. **Br.** (Eubryum) micro-laevigatum n. sp. A Bryo laevigato antarctico statura humili foliisque margine distinctius ubique revolutis validinerviis jam distinctum.

16. **Br.** (Eubryum) splachnoideum n. sp. Quoad surculos luxuriantes teneros et folia ventricose decurrentia facile cognoscendum.

17. **Br.** (Eubryum) austro-cespiticium n. sp. Bryo cespiticio Europaeo habitu simillimum, sed inflorescentia synoica jam certe diversum.

18. **Br.** (Eubryum) gemmaceolum n. sp. Exiguitate, ramulis gemmaceis, foliis pro plantula robustis atque crassinerviis, areolatione grossiuscula, peristomii dentibus externis perangustis nec latere cristatis, internis incompletis tenerrimis et inflorescentia dioica facile cognoscendum.

19. **Br.** (Eubryum) robustulum n. sp. Bryo macranthero proximum et simillimum, foliis autem multo majoribus angustiuscule oblongato-acuminatis longe cuspidatis et aristatis carinate concavis valde distinctum.

20. **Br.** (Eubryum) macrantherum n. sp. Foliis robustis crassinerviis saepius obtuse acuminatis firmis dense reticulatis ad Br. Billardieri australe accedens.

21. **Br.** (Eubryum) validinervium n. sp. Bryo Orthotheciellae proximum, sed multo altius robustius, foliis multo robustioribus

basi purpureis marginatis, theca multo majore longe pedunculata macrostoma, operculo majuscule cupulato, peristomii dentibus externis longe subulatis multo latioribus et internis in membrana alta tenerrima obsoletis longe refugiens, Bryo Brownei septentrionali valde simile.

22. **Br.** (Eubryum) Orthotheciellae n. sp. E minutissimis Eubryis, quoad staturam pusillam gracillimam, folia late lanceolato-acuminata revoluta exlimbata aristata integra, thecam minutissimam obconico-ovalem microstomam, operculum minutissimum mammillatum et peristomium imperfectum primo visu cognoscendum, inter Br. Algovicum et Br. Gayanum Chilense medium tenens.

23. **Br.** (Senodictyon) austro-albicans n. sp. A Bryo albicante proximo differt: statura gracillima foliisque multo minoribus angustioribus strictioribus multo angustius reticulatis tenerioribus.

24. **Br.** (Senodictyon) austro-crudum n. sp. A Bryo crudo proximo et simillimo distinguitur: statura multo angustiore, foliis caulinis minoribus apice surculi strictis nec patenti-patulis, perichaetialibus minutis angustissimis, cellulis distinctioribus nec in membranam conflatis, strictioribus nec lunato-flexuosis aetate saturate purpurascentibus, nervo perangusto.

25. **Br.** (Senodictyon) austro-elongatum n. sp. Bryo elongato simile, sed inflorescentia synoica, foliis minoribus, basi angustis pulchre purpureis, margine ubique erecto apice denticulatis nec serratis, peristomii dentibus externis sulcato-trabeculatis corneis et statura robusta distinctum magis ad Br. longicollum inclinans.

26. **Br.** (Senodictyon) austro-nutans n. sp. Bryo nutanti simile, foliis autem incrassate areolatis atque theca cylindraceo-oblonga macrostoma leptoderma nitidula jam recedens.

27. **Br.** (Senodictyon) austro-polymorphum n. sp. Bryo polymorpho simile, sed partibus omnibus pygmaeis, praesertim capsula minutissima oblongo-ovali nutante prima fronte diversum.

28. **Br.** (Senodictyon) aptychoides n. sp. Ab omnibus congeneribus Kerguelensibus surculis ob dispositionem foliorum aptychoideis rubiginosis foliisque laxe reticulatis prima inspectione distinctum.

29. **Blindia** aschistodontoides n. sp. Habitu Leptotricho flexicauli aliquantulum similis, sed cellulis alaribus distinctis jam toto coelo diversa, quoad foliorum formam et membranam Aschistodonti conico Mtge. haud dissimilis.

30. **Bl.** tortelloides n. sp. A Bl. tortifolia Hook. et Wils. differt: statura robustiore, foliis usque ad summitatem surculi valde crispatis nec in cuspidem convolutam congestis, Tortellam aliquam parvam generis Barbulae in memoriam redigentibus et areolatione folii minore superne obscura nec cellulis in membranam flavidam incrassatis.

31. **Bl.** dryptodontoides n. sp. Bl. tortelloidi proxima et simillima, sed haecce species differt: foliis multo magis crispatis late costatis obtusatis.

32. **Bl.** pulvinata n. sp. Bl. aschistodontoidi proxima, sed multo mollior lutescens, foliis luteis elliptico-areolatis latius nervosis brevius subulatis certe distincta.

33. **Dicranum** (Oncophorus) arctoaeoides n. sp. Ex habitu caulium et foliatione ad Arctoam fulvellam accedens, quoad fructum Dicranum strumiferum referens, pulchellum tenellum.

34. **Bartramia** (Eubartramia) chrysura n. sp. Ex habitu Bartramiae affinis australis et specierum affinium, quoad ramulos amoene lutescentes sericeos atque folia limbatula primo visu cognoscenda.

35. **B.** (Vaginella) diminutiva n. sp. Ex habitu Bartramiae ithyphyllae, cujus thecae membrana dense areolata est; a B. patente, sporangio laxe reticulato affini, exiguitate partium omnium foliisque erectis vix denticulatis longe differt.

36. **B.** (Philonotis) graminicola n. sp. Habitum meeseoideum possidens, statura elongata flaccida, foliis siccis et madefactis valde patulis longe cuspidatis integris basi limbato-marginatis facile discernenda.

37. **B.** (Philonotis) anisothecioides n. sp. Ex habitu alicui Anisothecio similis, a B. fontana Europaea haud dissimili foliorum forma et areolatione incrassata longe diversa.

38. **B.** (Philonotis) polymorpha n. sp. Quoad ramulos dimorphos et folia dimorpha jam species distinctissima.

39. **B.** (Philonotula) subexigua n. sp. B. exiguae Sulliv. simillima, sed folia caulina e basi brevi ovali hastata in cuspidem elongatam flexuosam acuminata multo angustiora nec ovato-lanceolata, nervo valido carinato cuspidem superiorem totam occupante veluti in aristam excurrente percursa, margine ubique angustissima revoluta et papillis tuberculosis obtecta diaphana.

40. **Pottia** (Eupottia) fusco-mucronata n. sp. E minutissimis sectionis, quoad staturam pusillam weisioideam, thecam turgide ovalem parvam, pedunculum valde curvulum et folia fusco-mucronata apice inaequaliter dentata prima inspectione cognoscenda, habitu Pottiae minutulae aliquantulum similis.

41. **P.** (Eupottia) Naumanni n. sp. Pottiae Heimii proxima, sed foliis integris ubique glabris laxiuscule vel laxe hexagono-reticulatis jam toto coelo diversa.

42. **P.** (Eupottia) oedipodioides n. sp. Planta memorabilis modo crescendi compacto, cespitibus latis pondere levibus, foliis teneris laxe reticulatis pellucidis atque theca oedipodioidea cyathiformi macrostoma pachyderma.

43. **Barbula** (Senophyllum) validinervia n. sp. Ob cespites pul-

vinatos densiusculos rufescentes, caulem gracilem ramulis brevissimis fragilibus compositum, folia parva robusta ovato-lanceolata et costam validam vel melius latam canaliculatam species peculiaris, B. gracili aliquantulum similis.

44. **B.** (Syntrichia) geheebiaeopsis n. sp. Ex habitu Barbulae (Geheebiae) giganteae Fk., sed foliis valde reflexis vaginatis longe diversa.

45. **B.** (Syntrichia) semirubra n. sp. Foliis robustis latis apertis carnosis grosse papillosis et grosse areolatis pilo semirubro terminatis primo visu distinguenda.

46. **B.** (Syntrichia) hyalinotricha n. sp. E minoribus Syntrichiis, foliis parvulis cymbiformi-complicatis margine eleganter et appresse ubique revolutis hyalino-pilosis facile distinguenda.

47. **B.** (Syntrichia) calobolax n. sp. Ob cespites pulvinatos compactos rufescentes, surculum tenellum pusillum et folia pungenti-aristata prima fronte ab omnibus congeneribus diversa.

48. **Trichostomum** (Eutrichostomum) austro-alpigenum n. sp. Tr. alpigeno Vent. simillimum, sed folia summitate extrema solum dentibus brevibus flavis serrulata vel integriuscula, e cellulis majoribus grossiusculis minus papillosis itaque glabrioribus areolata, apice surculi subsecundo-crispatula.

49. **Orthotrichum** (Euorthotrichum) rupicolum n. sp. O. rupestri simillimum, sed areolatione folii majore dolioliformi angulata, calyptrae laciniis basilaribus horizontalibus nec obtusis, praesertim peristomio interno adglutinato imperfecto facile praeterviso distinctum.

50. **O.** (Ulota) phyllantoides n. sp. O. Jutlandico Brid. proximum et simillimum, sed foliis latioribus lanceolatis nec acuminatis multo brevioribus atque capitulo brevi turgescente conico acuto diversum.

51. **Grimmia** (Platystoma) chrysoneura n. sp. A Gr. stylostegia proxima differt: ramificatione graciliore patente distinctius dichotoma canescente, foliis omnibus pilosis angustioribus apicem versus irregulariter attenuatis diaphanis fuscatis, nervo valido flavido percursis, praecipue foliis superioribus pilo elongato flexuoso terminatis atque dentibus peristomii aurantiacis.

52. **Gr.** (Platystoma) stylostegia n. sp. Ex habitu Blindiae Stylostegii, quoad pulvinulos compactos, folia anguste oblongata lutescenti-membranacea firma, operculum per columellam exsertum dentesque robustos integriusculos et calyptram tenerrimam fugacem facile a congeneribus distincta.

53. **Gr.** (Platystoma) cupularis n. sp. Gr. apocarpae formis minoribus similis, capsula autem pro plantula maxime macrostoma peculiaris.

54. **Gr.** (Platystoma) serrato-mucronata n. sp. A Gr. apocarpa

foliis omnibus mucrone brevissimo denticulato vel tuberculose serrato prima inspectione differt.

55. **Gr.** (Eugrimmia) minutifolia n. sp. Ex habitu ad Gr. leucophaeam accedens, foliis minutis longe pilosis peculiaris.

56. **Gr.** (Eugrimmia) rufa n. sp. E tribu Gr. ovatae, a qua inflorescentia dioica et perichaetio longe piloso jam toto coelo differt.

57. **Gr.** (Eugrimmia) pulvinatula n. sp. Gr. stoloniferae similis, sed caulis robustior teretiusculus nec fastigiatus, folia angustiora margine ubique erecta suprema tantum pilifera, theca elliptica 8-plicata, stolonibus destituta. E Grimmiis trichophyllaceis.

58. **Gr.** (Eugrimmia) stolonifera n. sp. Gümbeliae orbiculari persimilis, sed quoad pulvinulos rufo-incanos, gracilitudine partium omnium, surculum stoloniferum elongatum gracilem, thecam minutam globosam et peristomium perbreve optima species.

59. **Gr.** (Dryptodon) aterrima n. sp. Gr. rupestri antarcticae proxima et similis, sed foliis longioribus minoribus patentioribus madore facillime reflexis caulem robustiorem sistentibus aterrimis distincta.

60. **Gr.** (Dryptodon) zygodonticaulis n. sp. A Gr. crispula antarctica simillima ramificatione ditissime fastigiata foliisque longe piliferis jam diversa; a Dryptodonte orthotrichaceo quoad caulem elongatum aliquantulo simili ramificatione ditissima ramisque gracilibus prima fronte differt.

61. **Gr.** (Dryptodon) defoliata n. sp. Quoad cespites maxime nigros, caules defoliatos apice solum clavatulo-foliosos graciles et folia obscura rotundata obtusata inermia fragilissima jam optima species.

62. **Gr.** (Dryptodon) genuflexa n. sp. Habitus peculiaris Gr. falcatam ejusdem insulae in memoriam redigens vel ad Gr. aquaticam foliis obtusis toto coelo diversam inclinans.

63. **Gr.** (Dryptodon) orthotrichacea n. sp. Gr. crispulae antarcticae habitu simillima, sed foliis acumine brevissimo hyalino obsoleto terminatis nec piliferis longissime distans.

64. **Gr.** (Dryptodon) suborthotrichacea n. sp. A Gr. orthotrichacea foliis robustis horride dispositis caulem irregularem juniperoideum sistentibus inermibus margine sinistro basilari valde revolutis grosse areolatis certe diversa.

65. **Gr.** (Dryptodon) ochracea n. sp. Foliis horride imbricatis madore nec reflexis firmiusculis, theca minuta ochracea levissime parum exserta, calyptra persistente et peristomio dimorpho, erecto vel reflexo, facile cognoscenda.

66. **Gr.** (Dry|ptodon) minuta n. sp. E minutissimis Dryptodontis, statura pusilla tenella, theca minuta elliptica brevissime pedicellata, ramis brevibus firmis gracilibus foliisque vix mucronatis pulchella species.

67. **Gr.** (Rhacomitrium) chrysoblasta n. sp. Ab omnibus con-

generibus cellulis pulcherrime aureis in pilo hyalino laminam longe acuminatam sistentibus jam distincta, ex habitu Rhacomitrio pruinoso Novo-Seelandico vel Rh. gerontico Chilensi proxima.

68. **Dichelyma** (Eudichelyma) antarcticum n. sp. Formis gracilibus Dich. capillacei proximum et simile, sed foliis parvis multo angustioribus nunquam falcatis dissimiliter constructis, alis basilaribus reticulatis et areolatione omnino alienum.

69. **Hypnum** (Brachythecium) austro-salebrosum n. sp. Ab H. salebroso simillimo caule compresso plerumque rigidiusculo, foliis integerrimis breviter cuspidatis cellulisque alaribus planis nec impressis jam longe differt.

70. **H.** (Brachythecium) austro-glareosum n. sp. Ab H. glareoso differt: statura teneriore, foliis multo angustioribus strictioribus multo minus sulcatis densius reticulatis.

71. **H.** (Brachythecium) euryodictyon n. sp. Propter surculum inferum tenuissimum elongatum defoliatum muscus habitum subfluitantem aliquantulum adoptans, sed ramificationes atque folia ad Brachythecium sine dubio inclinantes. Reticulatione folii elegante tenella pellucida et foliis madore veluti turgescentibus facillime discernendum.

72. **H.** (Drepanocladus) austro-aduncum n. sp. Hypno adunco var. gracilescenti Br. Eur. habitu simillimum, sed foliis multo angustioribus, multo longioribus, magis circinnatis leviter plicatis, areolatione multo longiore laxiore et cellulis alaribus obsoletis jam distinctum.

73. **H.** (Drepanocladus) austro-uncinatum n. sp. Ab H. uncinato differt: statura robustiore altiore, foliis eleganter pectinato-falcatis longissime cuspidatis et cuspide siccitate pro more spiraliter undulatis, basi cellulis alaribus obsoletis instructis, areolatione longiore angustissime lineari, membrana pallidissima lutea, theca minore sub ore aequali nec amblystegioidea atque peristomii dentibus externis apice aequalibus nec dorso compresso instructis.

74. **H.** (Drepanocladus) austro-fluitans n. sp. Ab H. fluitante distinguitur areolatione folii maxime lineari densissima membranacea.

75. **H.** (Drepanocladus) Fontinaliopsis n. sp. Ex habitu Hypno pseudo-stramineo foliis erectis nec falcatis instructo aliquantulum simile, sed gracilitudine partium omnium foliisque dense areolatis toto coelo diversum.

76. **H.** (Plagiothecium) austro-pulchellum n. sp. Planta pulchella tenella, Plagiothecio pulchello proxima et similis, foliis autem remotis multo minoribus magis subulatis jam primo visu diversa.

77. **H.** (Pseudoleskea) chalarocladum n. sp. Ex habitu formis elongatis Pseudoleskeae atrovirentis var. brachycladae simile,

longitudine surculi, ramis amoene aureis foliisque eleganter formatis validinerviis prima fronte distinguendum.

78. **H.** (Pseudoleskea) desmiocladum n. sp. Ab omnibus congeneribus ramulis teneris flaccidis nec teretibus jam differt, habitu Pseudoleskeam brachycladam multo robustiorem aliquantulum in memoriam redigens, sed foliis symmetricis nec plicatis toto coelo distinctum.

79. **H.** (Orthotheciella) filum n. sp. Species maxime peculiaris perpulchra, ex habitu Orthothecio stricto Lrtz. valde similis, sed areolatione minuta rotunda firma diaphana glabra, nervo valido in cuspidem excurrente atque ramificatione gracillima ditissime fastigiata e ramulis permultis parallelis longis composita typus proprius.

80. **H.** (Orthotheciella) austro-catenulatum n. sp. Ab H. catenulato differt: ramis magis fasciculatis tenuissime sciuroideis flaccidis plumulose foliosis, foliis minutis longioribus e basi rotundata anguste ovata lanceolato-acuminatis, nervo valido carinato flavido subexcurrente, margine basi parum revoluto.

## II. Bryologia Fuegiana.

81. **Bryum** (Senodictyon) synoico-crudum n. sp. A Bryo crudo jam differt inflorescentia synoica, a Bryo austro-crudo foliis robustis latis validinerviis.

82. **Br.** (Senodictyon) alticaule n. sp. A Bryo glaciali differt, ut Philonotis calcarea a Ph. fontana.

83. **Macromitrium** (Ceratodontium n. sect.) tenax n. sp. Macromitrio Krausei Lrtz. Chilensi solum affine et proximum, sed robustitate partium omnium jam distinctum.

84. **Hypnum** (Hypnodendron) Naumanni n. sp. Hypnodendro spininervio aliquantulum simile, sed nervo levi jam longe diversum.

## III. Bryologia Ascensionis insulae.

85. **Bryum** (Eubryum) zygodontoides n. sp. Inter Eubrya gracilitudine foliisque apalodictyoideis integerrimis perfecte symmetricis immarginatis arista brevi denticulata instructis eleganter et minute tenuiter reticulatis excellens, formis minoribus Bryi cespiticii simile.

86. **Br.** (Apalodictyon) rubro-costatum n. sp. E minutissimis generis Bryi, habitu peculiari mielichhoferioideo, foliis perminutis tenerrimis purpurascentibus, nervo validiusculo purpureo mucronatis atque areolatione elongata tenera distinctissimum.

87. **Br.** (Argyrobryum) argentatum n. sp. Statura minutissima byssacea et foliis minutissimis sed majuscule reticulatis tenuinerviis hyalino-apiculatis peculiare.

88. **Dicranum** (Campylopus) Naumanni n. sp. Quoad cespites robustos maxime incanos sericeos foliaque robusta lata latinervia et latopilosa facile cognoscendum.

89. **Bartramia** (Philonotula) subolescens n. sp. E minutissimis, surculo fastigiate ramuloso nano foliisque brevibus lanceolato-acuminatis simpliciter serrulatis laxe reticulatis pellucidis facile distinguenda.

90. **Calymperes** (Hyophilina) Ascensionis n. sp. Ex habitu ad Codonoblepharum accedens, sed quoad folia praesertim costae formam anomalam Calymperes.

91. **Barbula** (Hyophiladelphus) leucochlora n. sp. B. cuspidatissimae proxima et simillima, sed folia laxius disposita latiora teneriora magis chlorophyllosa, e basi perbrevi concava laxiuscule reticulata pellucida tenera latiuscule lineali-acuminata perfecte carinato-concava nec cuspidata.

92. **B.** (Hyophiladelphus) cuspidatissima n. sp. Ex habitu weisioideo, foliis cuspidate pungentibus ab omnibus congeneribus raptim diversa.

93. **Rhacopilum** Naumanni n. sp. Exiguitate partium omnium foliisque longissime aristatis subintegerrimis distinctum.

94. **Hookeria** (Callicostella) Ascensionis n. sp. Foliis apice labiato-plicatis nervisque in arcu magno peripherico usque ad labium conniventi-percurrentibus facile distinguenda.

## IV. Bryologia Oceanica.

### 1. Viti- et Tonga-insulae.

95. **Cryphaea** (Dendropogon) Schleinitziana n. sp. Quoad formationem ramulorum fertilium Dendropogon verus, surculis gracilibus densiuscule ramulosis, foliis minutis obsolete crenulatis, praesertim peristomii dentibus brevissimis longe infra orificium oriundis vitreo-albidis translucentibus teneris ab omnibus congeneribus prima fronte diversa pulchra species.

### 2. Nova Hannovera et insulae Anachoretes.

96. **Octoblepharum** linealifolium n. sp. Species pulcherrima, foliis linealibus obtusatis ubique limbatis nec apiculatis sed membrana dentata coronatis ab omnibus congeneribus longe diversa.

97. **Mniomalia** Naumanni n. sp. Mn. semilimbatae Samoanae simillima, sed multo robustior, foliis majoribus crasso-limbatis atque reticulatione multo ampliore chlorophyllosa distincta.

98. **Trematodon** Novae Hannoverae n. sp. Tr. acuto Sundaico proximus, foliis autem obtusis jam diversus.

99. **Endotrichella** Novae Hannoverae n. sp. E. Samoanae

similis, sed foliis multo majoribus latioribus elongate flexuose acuminatis distincta, quoad staturam magis ad E. Campbellianam Hpe. Novarum Hebridarum accedens.

100. **Neckera** (Rhystophyllum) bicolorata n. sp. E tribu Neckerae implanae Mitt. et N. Graeffeanae mihi Samoanae et.al. affinium, ab omnibus statura alta robustiore foliisque bicoloratis (juventute virenti-lutescentibus aetate nigrescentibus) primo visu recedens.

101. **Hypnum** (Vesicularia) brachytheciopsis n. sp. Quoad staturam robustam brachythecioideam Hypnum glareosum haud male referens, sed folii reticulatione laxa jam longe diversum, medium tenens inter Leucomium et Vesiculariam.

102. **H.** (Vesicularia) pycnodontium n. sp. Ex habitu Entodontis, sed peristomio externo longo plerumque reflexo-involuto dentibus lamina externa angustissima instructis et peristomio interno longo stricto conum sistente typus proprius.

103. **H.** (Chaetomitriella n. sect.) bunodicarpum n. sp. Quoad thecae formam Cupressinam leptocarpam Schw. referens, sed papillis grossis toto coelo diversum; ex habitu surculi madore rubro-translucente folioso Chaetomitrium frondosum Mitt. Samoanum in memoriam redigens; propter foliorum formam et reticulationem ad sectionem: Tanythrix valde accedens, sed surculo frondoso subdistichaceo plagiothecioideo, foliis lato-acuminatis denique subulatis atque theca nutante grosse papillosa sectionem propriam sistens.

104. **H.** (Sigmatella-Thelidium) trachyamphorum n. sp. Ab H. rhinophyllo Samoano differt: pedunculo breviore atque theca plus minus aspera.

105. **Leucophanes** (Leionotus) pucciniferum n. sp. Inter omnes congeneres L. Vitiano mihi proximum, sed foliis apice repando-limbatis puccinigeris distincte albide mucronatis longe diversum. (Anachoretes).

### 3. Nova Guinea.

106. **Leucobryum** microcarpum n. sp. Quoad staturam et habitum L. Bowringi Mitt. Ceylanicum cum L. stenophyllo Bescher. Novae Caledoniae microcarpa veluti conjungens, e tribu L. longifolii Hpe.

107. **L.** (Trachynotus) sordidum n. sp. L. scabro Mitt. Samoano ex habitu et colore proximum, sed folia multo majora latiora caulem multo robustiorem sistentia; haecce species autem foliis dorso ubique scabris angustissimis lamina veluti obsoleta instructis toto coelo recedit.

108. **L.** (Tropinotus) Naumanni n. sp. Ab omnibus congeneribus sectionis: Tropinotus cespitibus latis robustis leucobryaceis jam primo visu distinctum, L. albo-nitenti mihi Samoano proximum, foliis autem integerrimis facile distinguendum.

109. **Calymperes** (Eucalymperes) arcuatum n. sp. C. ser-

ratum A. Br. Javanicum proximum differt: foliis brevioribus, basi breviore minutius reticulata haud limbata atque lamina superiore multo distinctius serrata longe differt.

110. **C.** (Hyophilina) stylophyllum n. sp. Quoad foliationem C. fasciculato Dz. et Mb. Javanico aliquantulum simile, sed foliis brevioribus latioribus limbatis et foliis anomalis styloideis longe recedens.

111. **C.** (Hyophilina) chamaeleonteum n. sp. Ex habitu ad C. incurvatum mihi Samoanum accedens, sed foliis chamaeleontis linguae instar proboscideo-attenuatis toto coelo diversum.

112. **C.** (Hyophilina) denticulatum n. sp. Quoad staturam Cal. Hampei Dz. et Mb. Javanico aliquantulum simile, sed haecce species minor foliis integerrimis jam differt.

113. **Syrrhopodon** (Codonoblepharum) leucoloma n. sp. S. luteus Mitt. (sub Thyridio) Vitianus simillimus et proximus foliis flavido-limbatis ubique crenatis jam toto coelo refugit.

114. **S.** (Orthotheca) subpolytrichoides n. sp. S. polytrichoidi Bescher. Novo-Caledonico simillimus, foliis autem medio fimbriatis longe diversus.

115. **S.** (Eusyrrhopodon) serra n. sp. Ex habitu peculiari ad tribum Syrrhopodontis elatioris Hpe. Brasiliensis inclinans, sed gracilitudine partium omnium atque foliis veluti nodoso-serratis prima inspectione distinguenda pulchra species.

116. **S.** (Eusyrrhopodon) Campylopus n. sp. Ex habitu Campylopodis penicillati vel. C. heterostichi vel C. Alopecuri, intra congeneres Syrrhopodonti elatiori Hpe. aliquantulum similis, sed foliis aequalibus nunquam terebellato-contortis species distinctissima elegans.

117. **Hookeria** (Callicostella) paupera n. sp. Multis congeneribus Archipelagi Indici vel polynesiaci similis, sed foliis truncato-obtusatis et paupertate antheridiorum distincta.

118. **Hypnum** (Homalia) bibrachiatum n. sp. Homaliae exiguae Bryol. Javan. quoad staturam exiguam et folii formam simile, sed ramis bibrachiatis atque foliis integerrimis jam distinctum.

119. **H.** (Cupressina) macrobolax n. sp. Ex habitu ad H. eleganti-pinnatum mihi Philippinense accedens, sed angustius et foliis scabriusculis jam refugiens; species e tribu elegante Hypni Crista Castrensis.

120. **H.** (Sigmatella-Trichosteleum) substigmosum n. sp. Trichosteleo stigmoso Mitt. Samoano proximum et simillimum, sed multo minus, ramulis dimorphis foliisque minoribus tenerius papillosis raptim cognoscendum.

121. **H.** (Sigmatella) selenithecium n. sp. Ob thecam elongate

pedunculatam minutam semilunato-curvatam primo visu distinguendum, ex habitu ad H. Powellianum mihi Samoanum accedens.

122. **H.** (Tamariscella) Naumanni n. sp. Species distinctissima pulchra habitu Tamariscellae plumulosae Dz. et Mb. Sundaicae, sed foliis perichaetialibus valde fimbriatis atque pedunculo elongato grosso verrucoso jam longe diversa.

### 4. Amboina-Regiones.

123. **Calymperes** (Hyophilina) pungens n. sp. Ab omnibus congeneribus foliis pungentibus supra basin ciliatis facile distinguitur; ex habitu C. linearifolii et C. setosi nob. Samoani.

124. **C.** (Hyophilina) semimarginatum n. sp. Statura pusilla foliisque brevibus semimarginatis normalibus ab omnibus congeneribus distinctum.

125. **C.** (Hyophilina) Pandani n. sp. C. Motleii Mitt. Borneensi proximum et simillimum, sed folii areolatione minuta alienum.

126. **Hypnum** (Sigmatella) turgidellum n. sp. H. Nepalense Schw. verum ramulis angustioribus subteretibus, foliis basi vix constrictis atque cellulis alaribus laxiuscule reticulatis nec vesiculosis certe jam differt.

127. **Pelekium** fissicalyx n. sp. Ab omnibus congeneribus foliis calycinis breviter fimbriatis primo visu differt.

## V. Australia et Nova Seelandia.

### 1. Queenslandia.

128. **Sphagnum** Naumanni n. sp. Spagno cuspidato simile, ab omnibus congeneribus foliis elongatis longissime subulatis genuflexis facillime distinguendum.

129. **Macromitrium** (Eumacromitrium) repandum n. sp. Quoad habitum Macromitrio Scottiae nob. statu sterili haud dissimile, foliis autem excisis atque theca brevipedunculata jam toto coelo diversum; e minutissimis Australiae orientalis, ramulis minutis subglobulosis.

### 2. Nova Seelandia.

130. **Bryum** (Eubryum) varians n. sp. Species elegans pusilla, modo crescendi compacto, statura exigua, foliis dimorphis minutis atque theca clavatulo-ovali ochracea vel fuscata cupulato-conico-operculata primo visu distinguendum.

131. **Ångströmia** (Dicranella) cyrtodonta n. sp. Statura pusilla, foliis latiuscule ovato-acuminatis obtusulis quadrato-areolatis dentibusque peristomii longiusculis valde incurvis facile cognoscenda.

## VI. Africa occidentalis litoralis.

### 1. Monrovia (Liberiae).

132. **Conomitrium** (Sciarodium) palustre n. sp. Quoad surculum gracillimum pusillum apice hamatum, folia semilimbata secunda atque thecam minutissimam conico-calyptratam primo visu distinguenda pulchra species.

133. **Fissidens** (Eufissidens) basicarpus n. sp. Ex habitu F. glaucescenti Capensi similis, sed foliis nec pachydermis diversus; statura robustiuscula surculi eleganter plumosifolii, foliis albide semilimbatis obscuris mucronatis albide nervosis atque theca parum tuberculosa facile cognoscendus.

134. **Bryum** (Doliolidium) afro-litorale n. sp. Ab omnibus congeneribus africanis foliis longe aristatis atque capsula majuscula cylindrica prima fronte differt.

135. **Calymperes** (Hyophilina) chrysoblastum n. sp. Quoad cespites pusillos robustos luteos et folia basi-lata eleganter flavide reticulata raptim cognoscendum, Calymperi Afzelii Sw. ejusdem litoris habitu parum simile, magis ad Codonoblepharum accedens.

136. **Hookeria** (Callicostella) attenuata n. sp. Foliis subito acuminatis nervisque longis parallelis fuscato-luteis facile cognoscenda.

### 2. Mungo.

137. **Hypnum** (Leucomium) commixtum n. sp. Ex habitu Hypni strumosi Hsch. Brasiliensis, sed foliis multo angustioribus longioribus atque theca subnutante minute ovali ore valde constricta parum strumulosa.

138. **H.** (Limnobiella) afro-acuminulatum n. sp. Ex habitu ad Hypnum acuminulatum Hsch. Brasiliense Amazonicum maxime accedens, sed peristomii dentibus externis vix cristatis distinctum.

---

# Die auf der Expedition S. M. S. »Gazelle« von Dr. Naumann gesammelten Cyperaceen

bearbeitet von

**O. Böckeler.**

Die kleine Collection von Cyperaceen, welche sich unter den von Herrn Dr. Naumann an mehreren unter einander sehr entlegenen, meist tropischen Localitäten der Erde gesammelten Pflanzen befindet, besteht aus 37 Species nebst einigen Varietäten, von denen sich ein verhältnissmäßig großer Theil — 12 Arten [1]) — als nicht bekannt ausgewiesen hat. Der übrige größere Theil der Pflanzen — bis auf einige wenige — zählt dagegen zu den in den wärmeren Erdstrichen sehr verbreiteten. Der größte Theil der vorhandenen Arten stammt aus der Umgebung der Stadt Monrovia in der Republik Liberia, eine aus der benachbarten Sierra Leona, die übrigen gehören einer Anzahl Inseln an, namentlich den östlich von Neu-Guinea gelegenen melanesischen. Zwei der vorhandenen Scirpeen vom Nordwesten des australischen Festlandes sind für die Flora Australiens neu.

**Kyllingia** vaginata Lamck. illustr.

Liberia, bei Monrovia. — Aug. 1864.

**K.** triceps Rottb. Descr. et icon. 4, t. 4, f. 6.

Westl. Neu-Hannover. — Juli 1875.

**K.** Naumanniana Bcklr. in Regensb. Flora 1879, p. 516.

Westafrika, Bomma, am Congo. — Sept. 1874.

β. tenuis; culmis numerosis 2,6—1,3 dm. alt., tenuibus; foliis angustioribus lineam circ. latis; involucro 3—4phyllo, foliolis 5—1,2 cm. long.; capitulo minori viridulo subtriangulari e simplicibus saepiss. tribus inaequalibus composito; rhachi spicarum pertenui, discis laxe dispositis minutis vertice porosis; spiculis rectis; squamis sordide pallidis, carinae ala laete viridi purpureo-punctata.

Liberia, bei Monrovia. — Aug. 1874.

Dieselbe Varietät sammelte H. Soyaux im Territorium Munda. Die Pflanze ist mithin über einen großen Theil der tropischen Westküste des Welttheils verbreitet.

**Cyperus** (Pycreus) polystachyus Rottb. Gram. 39, t. 11, f. 1.

Liberia, Monrovia. — Aug. 1874.

Westl. Neu-Hannover. — Juli 1875.

---

1) 5 davon wurden schon früher an den citirten Stellen beschrieben.

C. triqueter Bcklr. in Regensb. Flora 1879, p. 548.

Congo, auf einer Insel bei Ponta da Lenha.

C. monroviensis n. sp.

Radice fibrosa, fibrillis numerosis capillaribus multiramulosis; culmis pluribus fasciculatis 3—1,5 dm. alt., strictis tenuibus firmis trigonis ima basi multifoliatis reliqua parte perfecte nudis; foliis confertissimis subaequalibus 8—9 cm. long., apice ad margines subtiliss. dentatis; umbella simplici parva, 2,5—4,5 cm. diam., 6—7 radiata, radiis patentiss. brevibus validulis obsolete trigonis ad 8 mm. long.; involucri foliis 4 patentiss. illis basilaribus similibus, infimo sesquipollicem circ. longo; spiculis numerosis minutis in radiorum apice confertis patentissimis atro-ferrugineis lineari-oblongis obtusis compressiusculis circ. 4 mm. lin. long. 10—12 floris; squamis nitidulis dense imbricatis, fructiferis apice patulis, ovalibus obtusis carinato-navicularibus dorso trinervato pallidioribus, ad latera fusco-atris v. atropurpureis, e carina acuta breviss. mucronatis; rhachilla valida recta aptera, foveis brevibus profundis; car. perminuta squama $^1/_3$ breviore ovali obtusa obtusangula dense punctata brunnea nitidula; stigmatibus subtilibus exsertis reflexis. — Ex affin. Cyperi Grantii Bcklr.

Liberia, bei Monrovia. — Aug. 1874.

C. flexifolius Bcklr. in Regensburger Flora 1879, p. 549.

Congo, Insel bei Ponta da Lenha. — Sept. 1874.

C. fertilis n. sp.

Planta purpurascenti-olivacea radice fibrosa capillari, culmo abbreviato tenui (8—10 cm. alto) compresso-triquetro; foliis numerosis membranaceis latis (0,6—1 cm. lat.) culmo aequilongis v. parum longioribus lineari-lanceolatis acutis superne planis parte inferiore angustata complicatis multinerviis margine dense denticulatis, utrinque multipunctulatis; umbella simplici 7—5 radiata, radiis valde elongatis, ad sesquipedem longis, tenuibus flaccidis pendulisve ex apice 3—2stachyo non raro proliferis; involucri 7—6phylli foliolis brevibus valde inaequalibus oblongis planis 9—2,5 cm. long.; ochreis radiorum pollicaribus superne ampliatis ore obliquo lanceolato-productis; spiculis confertis patentibus nudis oblongis v. oblongo-lanceolatis obtusis leviter compressis 10—8floris 7—6 mm. long.; squamis ochraceis v. olivaceis lineari-oblongis obtusis dorso plurinerviis; car. squama plus duplo breviore ovali triangula faciebus concavis, mucronulata dense punctulata rufo-fusca nitidula; stylo tenerrimo parum exserto profunde trifido, stigmatibus reflexis; stam. 1. — Cypero simplici proxime affinis.

Sierra Leona, am Mungo. — Septbr. 1874.

Eine durch den sehr verkürzten Halm, durch breite und kurze Blätter, namentlich durch die sehr verlängerten lang herabhängenden, aus ihren Spitzen neben Ährchen-Aggregaten nicht selten wurzelnde Blattrosetten treibenden Doldenstrahlen bei dem ersten

Anblick schon recht auffällige eigenthümliche Pflanze. Von der ihr näherstehenden Art, die in der wärmeren Zone Amerika's verbreitet ist, weicht unsere Pflanze schon durch die Beschaffenheit der Blätter in sehr entschiedener Weise ab.

C. Haspan β. americanus Bcklr. Cyper. p. 179.
Liberia, Monrovia. — Aug. 1874.

C. longus L. δ. tenuiflorus Bcklr. Cyper. 227.
Congo, Insel bei Ponta da Lenha.

C. Naumannianus Bcklr. (Regensb. Flora 1879, p. 552).
Congo, Ponta da Lenha.

C. tenuiculmis Bcklr. Cyperac. p. 232.
Liberia, Monrovia. — Aug. 1874.

C. Papyrus L. Cod. p. 62.
An den Ufern des Congo, bis über 7′ hoch. Umsäumt die Ufer des Festlandes und der Mangrovenregion, auch im Flusse in großen Massen treibend und schwimmende Inseln bildend.
»Loango« d. Eing. — Septbr. 1874.

C. fastigiatus Rottb. Descr. et icon. p. 32, t. 7, f. 2.
Timor, bei Kupang. — Mai 1875.

C. ligularis L. Cod. p. 62.
Liberia, bei Monrovia. — Aug. 1874.

C. pennatus Lam. Kunth Cyper. 83.
Fidji-Insel Matuka. — Novbr. 1875.

Ejusdem speciei forma spiculis minimis subquadrifloris: C. parviflorus Vahl. Enum. II. 352.
Neu-Hannover, an den Küsten. — Juli 1875.

C. thyrsiflorus Jungh. in Linnaea VI. 24.
Liberia, in Sümpfen bei Monrovia. — Aug. 1874.

C. umbellatus Benth. Fl. Hongkong. 386. (Kyllingia umbellata Rottb.)
Liberia, Monrovia. — Aug. 1874.

C. Steudelianus Bcklr. Cyper. p. 324.
Ascension, Green mount, Schluchten von 2000′. — Aug. 1874.

C. (Diclidium) Novae-Hannoverae n. sp.

Pallide viridis; culmo subbipedali, 4 mm. diam. triquetro leviter compresso, basi incrassata vaginis brevibus aphyllis brunneis mox dissolutis tecto, pauci- (2-) foliato; foliis approximatis rigidulo-herbaceis planis sursum longe angustatis margine nervoque mediano serrulato-scabris 4,5—3 dm. longis, 8—6 mm. lat.; vaginis elongatis membranaceis integris pallide flavo-purpureis 1,8 dm. long.; umbella composita 6radiata, radiis erectis valde inaequalibus trigonis 10—5 cm. long., intermedio sessili; ochreis radiorum in laminam foliaceam integram productis, sesquipollicem circ. longis; involucri foliis 6 subdistichis, infimis umbella duplo longioribus, 8 mm. latis; radiis secundariis numerosis setaceis patentissimis 3,6—

1,8 cm. long. fere ad basin usque spiculis obsessis; involucellis 6—7phyllis, foliolis longioribus umbellulas plus duplo superantibus ultra 1 mm. lat.; spiculis patentissimis tenerrimis brevibusve teretibus acutis flexuosis deinde rectis, 4—4,5 mm. long. 3—4floris, flore supremo imperfecto; squamis adpressis convexis ovatis rotundato-obtusis dorso tenui-nervato viridulis ad latera pallidis ferrugineo-variegatis. — Ex affin. C. multibracteati Bcklr.

Neu-Hannover, in Sümpfen.

**Heleocharis** Naumanniana n. sp.

Planta aquatilis pertenuis flaccida olivacea prolifero-ramosa subsesquipedem longa; culmis copiosis filiformi-setaceis ramisque numerosis fere capillaribus fasciculatis teretibus compressiusculis septato-nodulosis saepiss. sterilibus; vaginis ramorum tenui-membranaceis angustis flavidis ore perfecte nudis; spicula (e basi saepe prolifera) pertenui (sub anthesi) anguste acuminato-lineari circ. 4 mm. longa uniflora; squamis duabus erectis parum inaequalibus tenuiter membranaceis amplectentibus acuminato-linearibus uninerviis albidis ferrugineo-lineolatis; caryopsi setis destituta, parva squamae partem tertiam parum superante late ovali basi contracta, triangula, angulis obtusiusculis prominentibus faciebus convexis tessellatis, brunnea, styli parte persistente conica basi constricta concolori coronata.

Liberia, in Sümpfen bei Monrovia. — Aug. 1874.

Durch die sehr dünnen und verlängerten, in vorzüglichem Maße proliferirend-ästigen nebst den Ästen septirten Halme, wie durch die Beschaffenheit des Ährchen und seiner Theile ist diese Art sehr ansgezeichnet. Die eigenartige Beschaffenheit des letzteren theilt die Pflanze mit Hel. capillacea Kunth.

**Scirpus** setaceus L. β. pygmaeus Bcklr. Cyper. p. 448.

Magalhaesstraße: Tuesday-Bay, sumpfige Orte am Waldsaume, nahe am Strand. — Febr. 1876.

Sc. subulatus Vahl. Enum. II, 268.

Variatio stolonifera.

Nordwestl. Australien: Dampier-Archipel. — Apr. 1875.

Die Pflanze ist für Neuholland in Bentham's Flora nicht verzeichnet.

Sc. atropurpureo-vaginatus Bcklr. in Regensb. Flora 1882, p. 14.

Ex affin. Sc. dioeci.

Insel St. Paul. — Febr. 1875.

Vélain sammelte die Pflanze auf der Insel Amsterdam.

Sc. dipsaceus Rottb. Gram. 56, t. 12, f. 1.

Congo, Ponta da Lenha und Bomma (Sept. 1874).

Sc. (Oncostylis) barbatus Rottb. Gram. 52, t. 17, f. 4.

Forma glabra ac laevis.

Insula Dana. — Jan. 1875.

**Fimbristylis** (Eufimbrist.) aestivalis Vahl Enum. 288.

Congo, Ponta da Lenha (Sept. 1874).

F. (Eufimbrist.) Novae-Britanniae n. sp.

Glauco-virens, rigida; rhizom. repente crassiusculo duro nodoso vaginis rigidis laminiferis luteis tecto, fibrillis lanuginosis; culmis firmis sesquipedem circ. altis tenuibus trigonis apice ad angulos obsolete denticulatis basi plurifoliatis; foliis confertis rigidis falcatis linearibus obtusis rufescentibus planis leviterque canaliculatis utrinque dense punctulatis margine scabridis 1,5—1 dm. long. 2,5—2 mm. lat.; vaginis brevibus fissis antice membranaceo-tenerrimis rufis hirtellis; umbella parva (2,8 cm. alta) semicomposita, radiis pluribus (7) brevibus tenuibus compressiusculis; longioribus paucis triramulosis 1,4—1 cm. long., reliquis simplicibus monostachyis; foliis duobus involucralibus umbella parum brevioribus linearibus basi dilatata ad margines spinulosis; spiculis (maturis) elongato-ovatis acutis multifloris 0,8—1 cm. long. 3 mm. diam.; squamis scariosis dense imbricatis patulis late ovatis carinato-convexis breviter acutato-mucronulatis carina trinerviis, pallide stramineis superne rufo-variegatis, nitidis; car. perminuta squamae partem tertiam vix aequante late obovata stipitata lenticulari-compressa umbonata longitudinal. costulata transverseque impresso-lineata fusca nitida; stylo parum exserto fimbriato-ciliato. — Ex affin. F. polymorphae, F. macrostachyae.

Neu-Britannien, NO. — Aug. 1875.

F. (Eufimbr.) polymorpha Bcklr. Cyper. p. 550.

Congo, Ponta da Lenha.

Forma minor depauperata.

Liberia, Monrovia. — Aug. 1874.

Ejusd. speciei forma glauca latifolia. — Neu-Hannover. — Juli 1875.

Var. hirsuta Bcklr.

Congo, Insel bei Ponta da Lenha.

F. (Eufimbr.) ferruginea Vahl Enumer. 291 (spec. emend.).

Liberia, bei Monrovia. — Aug. 1874.

F. (Trichelost.) rufa n. sp.

Caespitosa, glabra ac laevis, radice fibrosa; culmis numerosis erectis setaceo-filiformibus obsolete triangulis leviter compressis basi paucifoliatis; foliis brevibus (6,5—4 cm. long.) atque perangustis canaliculatis breviss. acutatis apice extremo tantum ad margines denticulatis; vaginis brevibus superne ampliatis antice membranaceis luteis ore oblique truncato nudis; umbella simplici 5—6 radiata (raro ad spiculam singulam reducta); radiis patentibus capillari-setaceis 12—6 mm. long., intermedio sessili, monostachyis v. rariss. distachyis; involucro subtriphyllo abbreviato umbella multo breviore, phyllis e basi lanceolata cuspidatis; spiculis orbiculato-ovatis rotundato-obtusis multifloris 4,6—5 mm. long.; squamis membranaceis carinato-convexis oblongo-orbiculatis rotundato-obtusis (interdum truncato-emarginatis), apice subtiliss. ciliatis, carina angusta obtusa obsolete trinervi viridi-straminea, lateribus rufis; car. perminuta nivea

squamae partem tertiam aequante late obovata breviss. stipitata apiculata obtusangula faciebus convexis transversim tuberculata (interdum et porosa); stylo tenerrimo atque perbrevi vix stigmatibus parum exserto; filamentis 3 perangustis. — Species e vicinia F. hispidulae Kunth.

Nordwestl. Australien: Dampier-Archipel, Creekthal. — Apr. 1875.

F. (Trichelost.) hispidula Kunth Enum. 227.

β. Cioniana Bcklr. Cyperac. 564, forma minor.

Congo, Ponta da Lenha.

Var. capillaris Bcklr. in Regensb. Flora 1879, p. 565.

Congo, bei Bomma.

**Lipocarpha** argentea RBr. Verm. Schrift. I, 277.

Congo, Insel bei Ponta da Lenha.

**Hypolytrum** giganteum Wallr. herb. n. 3404 = **H.** trinervium Kunth.

Westl. Neu-Guinea. — Juni 1875.

**Rhynchospora** aurea Vahl Enum. II, 229.

Liberia, Monrovia.

**Scleria** lithosperma Willd. Spec. VIII, 316.

Westl. Neu-Guinea: Mac Cluer Bay. — Juni 1875.

**S.** Naumanniana n. sp.

Laete viridis; rhizomate parum elongato horizontali noduloso vaginis parvis ovatis tecto, fibrillis rigidis longis purpureis; culmis paucis (3) distantibus circ. 1 m. altis 4 mm. diam. triquetris laevibus foliosis; foliis subcoriaceo-rigidis pedem et supra longis planis 6 mm. latis sursum longe angustatis apice tantum denticulato-scabris; vaginis angustis ligulaque brevi obtusa hirsutis, interdum glabris; paniculis 5—7 compositis valde remotis (fructif.) oblongo-lanceolatis multiramosis densiusculis 9—5,6 cm. longis, lateralibus longiuscule pedunculatis; bracteis omnibus primariis elongatis; rhachi primaria glabra atque laevi; paniculae ramis erecto-patulis brevibus, circ. 2,5 cm. longis, laevibus glabrisve; bracteis secundariis anguste linearibus basi vix dilatatis ramos non raro superantibus; spicula foeminea cum mascula longiuscule pedunculata oblonga vix sesquilineam longa semper conjuncta; squamis chartaceo-rigidis testaceis: masculis ovato-lanceolatis e carina cuspidatis, foemineis suborbiculatis breviter acutato-mucronatis; car. (longe persistente) squamis multo longiore exacte ovata trigona vertice late umbonata laevi ac glabra lactea nitida; perigyniis concretis subconformibus emarginato-trilobis: superiore albido lobis rotundatis margine incrassatis, inferiore multo minore fusco. — S. polycarpae proxima.

Liberia, bei Monrovia.

## Xyridaceae.

**Xyris** indica L.

Liberia, Monrovia. — Aug. 1874.

Die Pflanze wurde bisher, wie es scheint, nur in Indien gefunden.

# ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Botanische Jahrbücher für Systematik, Pflanzengeschichte und Pflanzengeographie

Jahr/Year: 1884

Band/Volume: 5

Autor(en)/Author(s): Müller Karl

Artikel/Article: Die auf der Expedition S. M. S. »Gazelle« von Dr. Naumann gesammelten Laubmoose 76-94